



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

E. Macrocheira inconsutilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Affectum
sequitur
effectus.

Nota.

cap. 16. Et 18. Iustus ex fide uiuit, & Christus
iustificat impium, Quomodo autem iustificat im-
pium nisi credentem, et confitentem: inquit Au-
gust. in Psal. 34. Ille credit in Christum, ait idē
Aug. De uerb. domini in Euangel. Ioan. Sermo.
61. Qui & sperat in Christum, & diligit Chri-
stū. Nam si fidem sine spe habet, & sine dilecti-
one, Christū esse credit (sicuti et demones Chri-
stum crediderunt) nō in Christū credit. Et idem
August. praesa. in Psal. 31. inquit. Si fides sine di-
lectione fit sine opere erit, sed addatur opere fi-
dei spes & dilectio. dilectio enim non uacat, hęc
ille, &c. Verūm quando hoc argumenti genus
non pertinet ad nostrum institutum, ergo non
immorabor amplius.

ECCLÉSIA MACRO-

cheira consutilis.

Nota.

ALio in loco inconsutilis exom's seu lana
domini, ECCLÉSIA dicitur: pro qua
seruanda Christus corpus exposuit mor-
ti; unde August. in lib. de hærētib; lamentatur
dicens in persona Christi, caput meum spinis op-
posui, manus meas clauis obieci, lācea latus meū
aperuit, tot nō dico iniurijs, sed asperitatibus la-
ceratus sum, sanguinem meū fudi, animā meam
posui ut mihi cōiunger. te, & tu diuidis me? &
paulō

paulo post: Erubescite tandem impij, tunicam
 hominis iam iudicati in cruce pendentis pilati
 Neopolemi non sunt ausi conscindere, & uos co-
 namini charitatem hominis in caelo sedentis imo
 regnantis cum deo, diuidere: De mysterio autem
 quadripartite uestis loquitur idem S. August.
 tractatu. 11. in Ioannis Euangelion, dicens.
 Quadripartita uestis domini nostri IHESV
 CHRISTI, quadripartitam figurauit eius
 ecclesiam, toto scilicet qua, quatuor partibus
 constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus
 eiusdem partibus aequaliter, id est, concordi-
 ter distributam, haec ille. Numerum quater-
 narium pythagorici Tetractin appellant, per-
 petuum naturae fontem, haec parergos. &c.

Mysteriū
 uestis qua
 dripartite

ECCLESIA.

GYNE PARTHENIAS,

hoc est, mulier uirginitatis.

Eccliam esse uirginem & matrem imma- De matre
 culatam declarat Ambrosius lib. 1. de uir- ecclesia to
 ginib. dicens. Virgo est castitate, mater est to orbe dif
 prole: parturit itaq; nos uirgo non uiro plena fusa uide
 sed spiritu, parit nos uirgo non cum dolore mem Aug. Epi.
 39.

F 2 bro